



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

De conuersione Magdalenæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

Tertiò: profectiois exponit modum (gratis accepistis, gratis date: nolite possidere aurum neq; argentum.) Ad hæc, materiam prædicationis expressit. (Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum.)

*DE CONVERSIONE
Magdalene. Luc. septimo.*

Primò: CHRISTO accumbente mensæ in Pharisei domo, ingressa est mulier, quæ fuerat in ciuitate peccatrix (siue * Maria Magdalena, soror Marthaæ fuerit, siue alia) deferens alabastrinum vas, vnguento plenum.

Secundò: stans retro cœpit pedes eius rigare lachrymis, & capillis suis abstergere; deosculari; & vngere.

Tertiò: criminatam eam à Pharisæo defendit CHRISTVS; & ad ipsam ait (Remittuntur ei peccata multa,

quo-

quoniã dilexit multum) Et ad ipsam
deinceps (Fides tua te saluam fecit,
vade in pace.)

*DE QVINQVE MIL-
lium hominum refectiõne.*

Math. 14.

Primò: rogabant IESVM discipuli,
vt dimitteret astantes turbas.

Secundò: ipse afferri iussit, quos
habebant panes, eosq; præmissa be-
nedictiõne frangens, discipulis por-
rexit, turbis hominum discumbere
iussis, apponendos.

Tertiò: comederunt, & saturati
sunt, & superauerunt cophini duo-
decim.

*DE TRANSFIGVRATIO-
ne CHRISTI. Math. 17.*

Primò: assumptis IESVS charissi-
mis tribus discipulis, Petro, Ioan-
ne, & Iacobo, (trãfiguratus est ante

eos;